

lignum quam busus & predicta prouincia duo equora prospicit quorum unum  
 uocatur mare maius quod est a latere tramontane alterum uero abaco/ uersus  
 4<sup>r</sup>° orientem quod durat| in suo circuitu per duo milia viij<sup>c</sup> miliarium & est tanquam  
 stagnum quia non miscetur cum aliquo mari. & in eo sunt multe insule bene  
 habitate in quibus sunt pulcre ciuitates. & habitate sunt iste insule a gentibus  
 que fugerant a facie magni tartari quando ibat conquiendo per regnum siue  
 prouinciam persie/ cuius ciuitates & terre regebantur a comuni que quidem gentes  
 fugiendo reduxerunt se ad istas insulas & ad montes ubi tutiores esse credebant.  
 & sic habitate sunt insule ille. Jtem dictum mare multos pisces producit &  
 precipue storiones salmones & alios magnos pisces. Antiquitus quidem omnes  
 reges illius prouincie nascebantur cum quodam signo aquile super spatulam  
 dexteram. & sunt in ea pulcre gentes & ualentes ad arma sunt boni arceri &  
 pugnatores in bello. Jpsi sunt xpistiani & obseruant legem grecorum more *xristiani qui obseruant*  
 clericorum paruos portantes capilos. hec est prouincia quam rex alexander *legem grecorum*  
 preterire non potuit item est quidam passus ibi qui porta ferea nuncupatur/ *nota quod porta ferea hic*  
 Alexander inter duos montes dicitur tartaros inclusisse/ set quod tartari fuerint *est*  
 non est uerum quia tunc temporis non erant ymo gens quedam fuit nomine  
 cumani & alia genera multa fuerunt. sunt etiam in supradicta prouincia multe  
 ciuitates & castra que syrico habundant/ & omnibus alijs oportunis. ibidem drapi  
 syrici & aurei laborantur de mercimonijs & laboribus uitam ducunt. In ea est  
 quoddam monasterium titulo beati leonardi descriptum/ iuxta quod huiusmodi *sanctus leonardus*  
 habetur miraculum. Nam fons quidam iuxta ecclesiam de quodam monte *aqua quedam est que*  
 4<sup>v</sup>° desendit in cuius aqua per totum anum| nuli pisces apparent nisi solummodo a *solummodo in quadrages-*  
 die prima quadragesime usque ad uigiliam pascatis uidelicet resurrectionis domini *sima producit pisces.*  
 ipsorum abundantia maxima reperitur & facto die pascatis amplius non apparent/  
 mare uero iuxta montem superius nominatum/ mare geluchelan & mare abacco  
 appellatur/ in quod finiunt/ Tigris gyon/ Et eufrates & alia flumina multa/ penes  
 istam prouinciam quedam ciuitas est nomine pulcra & magna ualde nomen cuius *xristiani scilicet armeni*  
 Tyflis circa quam multa sunt castra & burgi/ que isti ciuitati obediunt. in qua *& iorgienses/ saraceni &*  
 habitant xpistianj scilicet armenij & Jorgienses & aliqui saracenj & iudei set pauci: / *iudei set pauci*  
**M**oxul est quedam prouincia in qua habitant plura gentium genera. vna *hic adorant macometum.*  
 quidem gens est que macometum adorat & arabi appellantur. Jtem *sunt etiam aliqui xristi-*  
 alia gens est que fidem xristianam obseruat non tamen secundum quod *ane set non obseruant*  
 mandat ecclesia. quia in pluribus falit. Nam nestorini/ capiti/ & armeni sunt/ & *fidem secundum ecclesiam*  
 patriarcam habent/ qui archiepiscopos episcopos & abbates statuit & blebanos. *romanam nam nestorini*  
 ipsos per omnes partes Jndye. & Alochayray & in baldach ac per universas partes *capiti & armeni sunt*  
 quibus habitant xpistiani transmitens quemadmodum papa romanus Et noueritis  
 quod omnes xpistiani illis partibus comorantes nestorinj sunt & Jacopiti/ Jn *sunt omnes nestorini &*